Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37916
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Archiv

discerne scientes, quibus solita tribuantur
facultas absolvendi reservatis superioribus casibus
reservandis. Abbas tamen ut vultum pecoris
sui agnoscat omnium fratrum ad minus in anno
videlicet circa festa paschalia confessiones audiat
generales. Juniores autem extra sacerdotium singulis
dominicis et precipius festivitatum diebus confitentur:
et dominicis diebus primis singularium mensium
pter et precipius festivitatibus sacratissimam
sumant communionem. J.

De Parrochijs.

Hactenus vidimus per ptos regulares parrochia
monasterio incorporatas regi: qs ad hoc admittere
volumus: ea conditione qs religiosi sint: vita et
exemplo honesti: verboq doctrine idonei ne populus
negligatur. Viterit consortia feminarum: servitrices

habeant honestas: non juvenes non suspectas.
pareant omni obedientia Abbati: Et quater in
anno rationes suorum preceptorum et distributorum
faciant. Quid qd bona cura domestica acquisierint:
monasterio cedat non ipsis: ut tanq pecuium suo
arbitrio dispensent. J.

De Sigillo Conventus.

Placet, ut Sigillum Conventus sub pluribus clavibus
iuxta ordinationem Nicolai quili quili custodiatur:
uno hoc addito ut pecunia que de eodem provenit,
Sigillo sit in manu Abbatis ipseq in utilitatem et
necessitatem Monasterij convertat absq fratrum
contradictione. J.

De lectione Statutorum.

Ne autem, hec nostre ordinationes & Statuta
obliviosi trodantur: vel ad detrimentum et iacturam